



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem
præceptorum secundæ tabulæ

Tamburini, Tommaso

Monachii, Anno M.DC.LIX.

Affinitas in criminibus, num. 20.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39995

r Fagund. pr. Eccl. 2. li. 5. c. 9. nu.
16. citans Sot. & Lessum. Sed contrari-
us est Delugo t. 1. de just. d. 14. sec. 6. a
nn. 85. immo idem Fagund. in Decal. 1.
8. c. 4. num. 4. videtur mutasse senten-
tiam, ubi dicit, in hoc casu peccari, tum
contra charitatem, tum contra iustitiam.

19. Inquires; excusaturne à pec-
cato primò, is, qui crimen alterius ve-
rum, sed injustè propalatum alijs ma-
nifestat? secundo, is, qui crimen quo-
modocumque alteri publicè, sed falso
impositum, alijs propalat? respondeo,
excusari rr priorem (ut numero 9.
dixi: excipe semper, nisi sit ex revela-
tione sigilli confessionis) non excusari
posteriorem; ratio vtriusque est, quia
in posteriore casu adeat injusta coope-
ratio ad damnum famæ alterius, qui
semper habet jus intrinsecum, funda-
tum in sua probitate, ne falsum de se
narretur, vel confirmetur. At in casu
priore, injusta cooperatio non adeat;
nam illi hic & nunc, nullum jus rema-
net ad suam famam; non enim rema-
net illi jus illud intrinsecum ex eo,
quod peccatum non commiserit; jam
enim supponimus commissoe; neque
ex eo, quod occultum sit, quia jam est
publicum, ergo &c.

rr Less. l. 2. t. 11. n. 77.

Affinitas in criminibus.

20. Sextò, excusatur s, qui pro-
dit vnum peccatum, licet occultum, sed
quod sit valde affine, vel connexum
cum alio publico ejusdem; sic enim
non censetur nova infamia. Quod si
affine non sit, nequam excusaberis;
non enim valet, hic est infamis, in ma-

teria luxuriæ, ergo in materia heresis.
Silvester t. assertit, non esse mortale, in-
famatum in graviori criminis, infama-
re in leviore, ut si de homicida, vel fur-
dicas, eos fuisse fornicatos. Sed non
assentior: semper enim censetur infamia
noua. Illud quidem admitto,
aliquando hominem esse ita prostituta
famæ, ut parum ipsi accrescat infamia;
si aliud crimen, etiam non affine, de ipsis
dicatur, & tunc non peccabitur, nisi ve-
niat, propter paruitatem materie.

s Navar. Less. Azor, aliquae apud
Bon. l. c. p. 7. & Silv. v. Detracitio, q. 1.
ad finem.

ob malum avertendum &c.

21. Septimò, excusatur n, is, qui
detegit alterius occultum crimen ve-
rum, quomodocumque à se, sive justè,
sive injustè cognitum, sive cum pro-
missione servandi, etiam in mortis per-
iculo, secretum (de qua promissione
videatur Delugo x) excusatur, in-
quam, qui id detegit, in ijs casibus, in
quibus conceditur, posse detegi. Con-
ceditur autem ad vitandam mortem,
etiam si propalatus incidat ipse in peri-
culum vitæ, ad vitanda grauia tormenta,
ad consilium capiendum, ad impe-
diendum damnum grave, quod im-
minet alicui personæ, multo magis
reip. quatenus tanien ad tale damnum
avertendum sit necessarium, & non sit
alia via, qua damnum averti queat, ut
esset non raro correctio fraterna.

ii Sot. Nav. Mol. Less. apud Delugot,
1. de just. d. 14. sec. 7. a n. 95. leg. item Fa-
gund. in Dec. l. 8. c. 6. Dicast. l. 2. de just. tr.
2. d. 12. n. 2. d. 3. x Delug. ib. n. 115.

22. Damnum

